



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Nouis odijs iactatur. 110

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

ROMÆ PROPITIUS ERO. Attulit
id ostentum IGNATIO haud du-
biam vim gaudiorum: quo etiam
Sociis commemorato, illis ad pe-
ricula laboresque obeundos no-
ua, quod par erat, alacritas ince-
sit.

109 Ex eo die, mirum est, quàm
hæserit animo illius, nomē IESV!
Illuc sic vt in ducem vitæ: illuc in
exemplum ferendæ crucis aspice-
re: in didem Religioni suæ consti-
tuit titulum figere. Nec pugnavit
iusto desiderio Pontifex: sed eam
breui post SOCIETATEM IESV in-
scripsit. 110 Prius tamen superâ da
IGNATIO ingens tempesta erat,
quæ Romę illum odiis & iniuriis
iuxta, atque atrocissimè vexabat.
Eam conciuerat homo impostor,
qui in vrbe Concionator agebat:
iam scitis hæresion corruptus, a-
liosque secum in præceps trahere
fraudulenter ingressus. Ceterùm

E 5

huic

huic hominis vesaniæ pugnare nostri; ac stationē tenere ausi, proximè vltimū discrimē adducuntur: & nisi in tempore Iudices ij ipsi prodiissent, quibus & alibi accusata IGNATII innocētia, absolutaque fuerat; Societas in suis etiam dum cunabulis luculētam plagam accepisset. Sed horū auctoritas, & deprehensa hostium calumnia perpulere Magistratū, vti ex decreto Pontificis contra aduersarios pronūciaret. III Interim negotiū tribus Cardinalibus datur; viderēt, an tollere nascentem IGNATII partem placeret, & ad tot religionum familias vnus accessionem fieri? Causa inter illos relata, principio Societas plerosque aduersos habuit. Ac Bartholomæus præsertim Guidicionus, id laborādum impensius contendebat, non qui nouæ iam familiæ conderentur, sed